UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Judoco confessore. Cap[itulum]. lxv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

nus arripuit: cui beata agatha gemmis ornata ſtans in medio angelorum apparuit: ⁊ propter ipſius fidem matrē ſanatam eadem hora nunciauit. Euigilans ergo ⁊ matrē ſanā aſpiciens amore beate agathe que ipā ſaluā fecerat adiurauit: vt oīa que ſibi datura erat in dotē cunti ad integritatis ſue corruptorē: mortalē videlꝫ hoīem: cui fuerat deſpōſata: eidē daret ad integritatis ſue factorē xp̄m: cui erat ſpūaliter in cōiugio copulata: ⁊ ne ſibi de cetero ſpōſum tēporalē nominaret: ⁊ cum eutytia eidem reſpondiſſet: vt poſt eius mortē de facultatibus ſuis faceret quicq̄d vellet: ꝓbauit eidē lucia nō eſſe deo gratū quicq̄d poſt mortē impendit̄: eo ꝙ ideo q̄s dat qd̄ tunc ſecū ferre nō pōt. Redeūtes igit̄ ſyracuſas poſſeſſiones ⁊ predia diſtrahebant: ⁊ precia pauperibꝰ erogabāt: quod vbi Lucie ſpōſus comperit: nutricē puelle cur hec fierēt interrogauit. Illa aūt ſponſam eius aſſeruit inueniſſe poſſeſſionē magni precij vtilē et venalem: quā vt nomine ſpōſi emeret aliqua diſtrahebat. Credidit ſtultus carnale cōmerciū ⁊ cepit etiā ipſe auctor eſſe vendentiū. Poſtq̄ aūt omnia diſtracta ſunt ſpōſus Luciā accuſat paſchaſio conſulari: dicēs ipam eſſe chriſtianā: ⁊ contra leges viuere auguſtorꝝ. Quam paſchaſius comprehēſam cepit ad ſacrificia deorū inuitare. Illa vō reſpōdebat ſacrificiū verum et immaculatū eſſe pauperibus in eorꝝ inopia ſubuenire: obiectitq̄ ſibi paſchaſius ꝙ patrimoniū ſuū cū eius corruptoribus impēderat: ⁊ ideo vt meretrix loquebat̄. Cui illa ſe corruptores corporis nec mētis aliquādo cognouiſſe rn̄dit. Et cum paſchaſius eidē cōminaret̄ ꝙ verba ceſſarent: cū ad verbera peruentū eſſet. reſpōdit dei verba ceſſare nō poſſe: adijciēs in ſe loqui ſpm̄ ſanctū: eo ꝙ pudice viuētes ſm̄ apoſtolū replū ſunt ſpūſſancti. Paſchaſius vō eidem cōminat̄ ꝙ ipam faciet trahi ad lupanar: vt ſic v̄ginitate amiſſa ſpm̄ ſanctū perdat. Illa aūt ecōtra aſſerebat: ꝙ nunq̄ inquinat̄ corpus: niſi de cōſenſu mentis: ⁊ ꝙ ſi inuitā eā faceret violari: caſtitas ſibi duplicabit̄ ad coronā. Tunc paſchaſius vocatis lenonibus iuſſit eā ad lupanar duci: vt oī populo ad eam inuitato tādiu illuderet̄ donec deficeret. Volētes aūt ipam trahere: tāto pondere eā fixit ſpūſſanctus vt penitꝰ moueri non poſſet: ligatiſq̄ manibus eius ⁊ pedibꝰ a mille viris inſuper ⁊ a pluribus paribus boum trahi nullatenus poterat. Et ꝯuocatis magis nullis etiā incātationibus potuit amoueri. Et dū qdā diceret ꝙ lotio perfuſa maleficia ſolueret: lotio perfundit̄: ſed immobilior reddit̄. Iratꝰ cōſularis circa eā adhibitis lignis oleo ⁊ pice et reſina copioſum fecit ignē accendi: in quo ipſa incolumis permanebat: dicens a dn̄o inducias martyrij impetraſſe: vt credentibus timorem tolleret paſſionis. Videntes aūt amici paſchaſij ipm̄ anguſtiari: in eius gutture gladium immerſerunt. Que nequaq̄ loquelā amittens pacem eccleſie dei redditā nunciauit maximiano impatore defuncto ⁊ diocletiano de regno eiecto: addiditq̄ ſe a dn̄o ſyracuſane ciuitatis interuentricē cōceſſam. Eadem hora miniſtri romanorꝝ veniūt: ⁊ paſchaſium cōprehēſum romā adducunt: vbi a ſenatu romano depredatione bonorꝝ fiſcalium cōuictus capitalem ſententiā accepit. Virgo autē homini de loco in quo erat non eſt mota nec mortua: quouſq̄ venientibus ſacerdotibus ſacram cōmunionē accepit: ⁊ ſic in confeſſione chriſti ſpiritū emiſit. idus decembris. circa annū dn̄i. cccx. Sepultaq̄ eſt ſyracuſis: inde proceſſu tēporis corpus eius conſtantinopolim: ⁊ inde venetias tranſlatum credit̄: vt ponet̄ in feſto eiuſdem tranſlationis. xv. kalendas februarij.

¶ De ſancto Iudoco confeſſore. Cap. lxv.

IUdocus regis britonū filius anno decimo conſtātini qui ⁊ conſtātius relicto regno viliq̄ ſumpto habitu p orbē dudum pegrinatus eſt. Poſt hec cū vndecim pegrinis in clericali habitu romā veniēs viſitatis apoſtolorꝝ liminibꝰ: inde diſcedēs venit ad pagū ponticū: vbi a duce aymone ſuſceptus ⁊ eius inſtātia p̄ſbyter ordinatus: filiū eius vrſinū de ſacro fonte leuauit: īde venit ad locū qui dicit̄ baraic: et heremiticam vitam duxit miraclis clarus. Adeo eīn mirabilis ſanctitatis fuit: vt colūbe ſilueſtres ⁊ piſces de manibus eius paſcendi ad eum cōuenirent. ¶ Et cū habitaret in cellula cū quodā diſcipulo eidē miniſtrante vnicum ſolūmodo habens panem: quattuor pauperibus ꝓ elemoſyna ſucceſſiue venientibus diuidi fecit. Et cū diſcipulus heſitans murmuraret eadem hora q̄ttuor nauicule panibꝰ onuſte ſine duce vel regimine ad eū per fluuiū aduenerūt: diuinitus vt credit̄ ꝓcurate. Deinde dū ducē Aymonē in nemore repeririſſet qui aprū ceperat: ⁊ cū ſuis anxiabat̄ ſiti: baculo terrā percutiēs aquā ꝓducit ad eorꝝ ſatietatē. Et cū iterū romā viſitaſſet: puellā a natiuitate cecā ibidē illuminauit. Et ad cellā ſuā rediens poſt modicū in pace q̄euit: idibus decembris. Sepultus eſt in pago pōtino ſignis coruſcās.

¶ De ſancto Spiridione ep̄o. Cap. lxvi.

SPiridiō epiſcopus in cypro fit: de quo Caſſiodorus in hyſtoria triptita refert ꝙ fuit de numero illorum confeſſorum: q̄s maximianꝰ impator dextris oclis effoſſis ⁊ ſiniſtro pollice p̄ciſo ad metalla dānauerat. Hic cū ꝓphericā duceret vitā: etiā ſignorꝝ glīa inclytꝰ fuit. Inter q̄ dū latrones ad furādū ſibi nocte veniſſent: eos diuinitꝰ alligatos mane reppit: eoſq̄ diſſoluit: de ſcelere eos